



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 11. Aqua periurij vindex, vt malis mala, sic bona bonis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

tij, Galli verò 18. Aprilis, illud celebrassent; prodigiò luculento detexit DEVS, Gallos rectè celebrasse. Siquidem fontes, qui in Hispania, Sabbato sancto, ad baptizandum sponte diuinitus repleti còsueuerant, An. Christi 573. non in Hispanorù, sed in Francorum Paschate repleti sunt: tãta est abundantia veritatis, vt etiam in aquis scripta perseueret. Cum his veritas facit; aqua cum veracibus.

§. XI.

*Aqua perjurij vindex, vt malis mala,
sic bona bonis.*

Eiuscemodi quidem & alia per aquam iudicia complura à varijs memorantur; sed afflictà fide, qualis solet esse Græca. Vnū apponam. Est iuxta Tyana, aqua (ait Philostratus,) Ioni (vt perhibent) sacrata, quam indigena inextinguibilem vòcant. Fons eius frigidus sanè scaturit. ebullit autem non secus atq; igne calefactus lebes. Hanc puris & iuramenti fidem seruantibus viris aspectu placidam, & gustu dulcem esse perhibent; perjuris verò; & infidis palam aduersatur. Epota namq; oculor pedesq; ac manus peierantis inuadit; pustulis ac vomicis totū corpus inquinans. Neq; illinc discendendi facultas datur; sed ibidem permanentes,

Philostratus lib. I.
de vit. Apollonij
Thyanci.
cap. 4.

CORAM

coram aqua ipsa, suam deplorant calamitatem, palam, quod peierarant, profitentes. Alij vaticidici fontes, è pluribus alijs scriptoribus, afferuntur, sed vel fabulosi sunt, vt dixi, vel superstitiosi. Tametsi enim negari non potest, quibusdam aquis, supra naturæ indolē ac potestatem, ad impios plectendos, vel à Deo inditam vim prodigiosam, vel à Sanctis extraordinariam virtutem impetratā, simium tamen DEI agere conatur vbique diabolus; qui in mancipijs suis superbiam amans, non modestiæ & humilitatis virtutem, sed miraculorum splendorem, quo Sancti claruerunt, æmulatur.

§. XII.

Iudicia, per aquam feruentem, prohibita esse.

Qua de caussa, An. DCCCL. XXXV. Stephanus V. Pontifex Romanus Humberto Moguntino Episcopo respondit in hunc modum. *Consulisti de infantibus, qui in vno lecto dormientes, cum parentibus, mortui reperiuntur, vtrum ferro candenti, aut aqua feruente, aut alio examine huiusmodi parentes se purificare debeant, eos non oppressisse. Monendi sunt namq, & protestandi parentes, ne tam tenellos secum in lecto collocent, ne negligentia*

Ex Gratiano. 2. q. 5. c. Consulisti. Alfons. Ciaccon. de gestis Stephani V.

quali-